





20.

Pa. 13. num. 25.

1752. 4.

19

DE
LITIS CONTESTATIONE

IN
AVGVSTO CAMERAE
IMPERIALIS IVDICIO

LEGIBVS S. I. R. G. TVM ANTIQVIS
TVM HODIERNIS CONVENIENTER
CONGRVENTERQVE ADHIBENDA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE

AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO

HASSIAE PRINCIPE HEREDITARIO RELIQ.

PRAESIDE

D. LVDOVICO MARTINO KAHLE

ACADEMIAE PRORECTORE

CONSILIARIO AVLICO ET IVRIS PROFESSORÉ ORDINARIO

PRO LICENTIA

VT SVMMOS IN IVRE VTROQVE HONORES

RITE ADIPISCI QVEAT

SOLEMNITER DISPVTAET

DIE DECEMBRIS CIO ID CCLII

AVCTOR RESPONDENS

GEORGIVS LVDOVICVS ZIEGLER

WETZLARIENSIS

MARBV RGI

TVPI S. PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI



1493



PRAEFATIO.

Septem abhinc mensibus, studiis meis academicis, quibus Halae et Goettingae dedi operam, perductis ad finem, Specimen aliquod laboraturus incidi in collectionem Legum Cameralium, Wetzlariae anno MDCCXVII. editam, et praesertim, quod in limine eius conspicuum est, in CONCEPT. ORDINATIONIS CAMERALIS Part. III. Tit. XV. qui titulus ansam mihi dedit, DE LITIS CONTESTATIONE, IN AVGVSTO CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO LEGIBVS S. I. R. G. TVM ANTIQVIS, TVM HODIERNIS CONVENIENTER CONGRVENTERQVE ADHIBENDA, misso alio argumento, quod euulgare animus erat, conscribendi commentationem, et in utroque iure honorum consequendorum gratia, publice exponendi; de cuius dignitate, necessitate atque utilitate, non est, ut multa verba faciam, siquidem in foro nihil fere prius nihilque frequentius Litis Contestatione occurrit.

Attamen non sum adeo suffenus, ut libellum huncce omnibus adprobatum iri confidam; quin potius ingenue fateor, multa excidisse, quae cum curatius, tum explanatius et ad commune iudicium eruditorum, popularumque intelligentiam adcommo-^{di}cius posita maluissem, dum ob temporis angustiam et ingenii mei minus adhuc subacti vires exiguas, expectationi tuae, LECTOR CANDIDE, non feci satis. Tuum interim erit inscitiae meae ignoscere, et in examinanda mea dissertatione eam animi aequitatem adferre, qua usus sum in diiudicandis aliorum placitis. Scripsi Marburgi Catorum die VIII. Dec. MDCCLII.





DICENDORVM SVMMA.

§. I.

ORIGO ET FVNDAMENTVM LITIS CON-
TESTATIONIS IVRI NATVRAE AD-
SCRIBVNI VR.

§. II.

DE VI ET POTESTATE VOCABVLI LITIS
CONTESTATIO.

§. III.

DE LITIS CONTESTATIONE ROMANO-
RVVM.

§. IV.

DE GENERALI LITIS CONTESTATIONE,
IVRE CANONICO PRAESCRIPTA.

§. V.

DE LITIS CONTESTATIONE SECYNDVM
IVS COMMVNE GERMANORVM.

§. VI.

QVID SIT LITIS CONTESTATIO SO-
LEMNIS? QVID MINVS SOLEMNIS?

§. VII.

QVID SIT L. C. AFFIRMATIVA? QVID NE-
GATIVA? QVID MIXTA?

§. VIII.

QVID SIT L. C. GENERALIS? QVID SPE-
CIALIS?

A 3

§. IX.



§. IX.

QVID SIT L. C. PVRA? QVID EVENTVA-
LIS?

§. X.

QVID SIT L. C. VERA? QVID FICTA?

§. XI.

DE FINE LITIS CONTESTATIONIS.

§. XII.

DE LITIS CONTESTATIONE IN SVPRE-
MO S. R. I. CAMERALI IVDICIO SPE-
CIATIM.

§. XIII.

DE CAVSSIS, QVAE LITIS CONTESTA-
TIONEM IN CAMERA IMPERIALI RE-
QVIRVNT.

§. XIV.

DE CAVSSIS, QVIBVS LITIS CONTESTA-
TIO IN CAMERALI IVDICIO NON AD-
HIBETVR.

§. XV.

QVIS LITEM CONTESTARI POSSIT?

§. XVI.

DE MORA RATIONE LITIS CONTESTA-
TIONIS, COMMISSA A REO, ET RE-
MEDIIS IN CAMERA IMPERIALI HVC
SPECTANTIBVS.

§. XVII.

DE TERMINO LITIS CONTESTATIONI
IN CAMERA IMPERIALI PRAEFIXO.

§. XVIII.


DE EFFECTIBVS LITIS CONTESTATIO-
NIS.

§. I.



§. I.

ORIGO ET FVNDAMENTVM LITIS CON-
TESTATIONIS IVRI NATVRALI AD-
SCRIBVNTVR.

 Quandoquidem ordinis ratio exigit, vt de Litis Contestatione disputaturi, primam eius originem ponamus ob oculos; eam nec duodecim Tabulis, nec Praetoris Edicto, (a) sed potius ipsi Iuri Naturae, hypothetice spectato, adscribendam putamus. Genuinum namque Naturale Ius, praecipuum Iurisprudentiae omnis principium, et iurium Ciuilium parentem merito dicimus. Non enim tanti Leges Romanas aestimamus, quanti illi, qui veritates, quas recta ratio ipsa condoceret, ex Romanorum placitis suam repetere originem, temere pronunciant

(a) CICERONIS nimirum aetate plerique hanc tenuerunt sententiam, teste CICERONE lib. 1. de Orat.

ciant. (b) Sequentia igitur adferre liceat argumen-
ta, quibus sententia nostra, ratione litis contestationis, pote-
rit corroborari: Si fingimus, statum dari civilem, tunc ne-
gari non potest, in eo reperiri homines; qui, si officii
rationi faciunt satis, *Iudicem* non requirunt; quem
admodum in statu naturali ad arma ii minus descen-
dunt, qui leges rite obseruant, nec ab aliis sunt laceffi-
ti. Quum vero quotidie fere accidat, vt mortales
posthabeant obligationes iniunctas, atque inde lites
trahant ortum bene multae, quis non videt, has, nisi
transactionibus componantur, aut bello aut iudice diri-
mendas esse? Vbi iudicium occurrit, ibi actus in illo essen-
tiales, vt locum habeant, necesse est; quos inter primum es-
se illum, qui *causae cognitio* appellatur, nemo ibi inficias.
Iam vero haec potissimum requirit, vt status quaestionis
recte determinetur, quo iudici pateat veritas facti, ex
quo obligatio deriuanda, cui ius deinde adplicandum:
Ideo porro natura rei efflagitat, vt is, qui ius aliquod
ab altero sibi tribuendum contendit, illud contra hunc
declaret; alter vero, vnde petitur, respondeat ad hanc
praetensionem iuris; priori casu in *causis priuatorum
actionis editione*; in posteriori *Litis Contestatione* est opus.
Hanc igitur Rei responsonem, quam *Litis Contestatio-*
nem hoc loco vocamus, in rectae rationis praecceptis
omnino positam esse, putamus, quum ea sublata, omnis
malitia

(c) Hinc GOTTL. GERH. „bus hominibus communia
TITIVS in *Iurisprud. priu.* „sunt, a Romanis dependere,
lib. I. cap. I. §. 32. „Omnia, „fere existimetur. Plura vi-
„inquit, ex Iure Rom. repe- deas apud NIC. HIERON.
„runt ratio et congenita eius GYNDLING. in *obseru. select.*
„dictamina velut oppri T. IV. *obseru.* XVIII. §. 1.
„muntur, vt ea, quae omni-

malicia atque iniquitas latius diffundatur, nec iustitia possit administrari. Etenim, vti Litis Contestatione Reo adempta, ipsi denegaretur defensionis species, et condemnaretur Reus indicta causa; ita etiam absque ea profus ignoraretur, quid adfirmet seu concedat, quidue neget Reus, et vtrum contendere, an Aëtoris petitioni satisfacere velit. (c) Praeterea iudex etiam ab interpositione officii sui, in tentanda et concilianda amicabili compositione, excluderetur, litis contestatione reiecta, inde intelligitur, cur causae sic dictae *Summariae*, quamuis alias in iure nostro fauorabilibus adnumerentur, a Litis Contestatione, quatenus haec a naturali simplicitate non abhorret, nec in solemnitatem civilem abit, haud sint immunes, nec ab ea per vllam legem positiuam eximi possint. Rationem nempe huius rei subducere hunc in modum liceat: Summariae causae processu agitantur summario; hic processus substantialia tantum capita omnis processus retinet; iam vero inter haec responsio Rei siue Litis Contestatio eminet. Quumque Processus substantialia comprobet ius Naturae, applicatum ad statum civilem; consequens est, vt etiam litis contestationem admittat ius naturale. Quod si igitur substantialis est iudicii pars, quae ipso iure naturali nititur, litis contestatio; inde colligendum, autumo, eam nequidem in causa summaria omitti posse. Repugnare qui verbis hic videntur Dd. re ipsa nobis

B forsan

(c) Compares, si lubet, Illustris DANIEL NETTELBLADT *Systema Elementare*

vniversae Iurisprud. Nat. Tom. III. Tit. III. §. 108. p. 536.

forfan adstipulantur, (d) dum Litis Contestationem causis summariis adhibendam, *implicitam* ac *quasi talem*, nuncupant. Ceterum nobis, naturalem simplicitatem hoc loco festantibus, arridet inprimis Germanica illa denominatio, qua Litis Contestatio in summariis causis dici solet: *Antwort*, *Einlassung*. (e)

§. II.

DE VI ET POTESTATE VOCABVLI LITIS
CONTESTATIO.

Litis Contestationis duplex vocabulum, Latinum et Germanicum, iam explicare animus est. Sed breuius hoc expediamus; quum fusius hac de re scribendo, actum ageremus, melle dudum ab aliis praerepta. Inter varias quidem *Litis* vocabuli significationes, illa tantum huc pertinet, qua ipsam controuersiam, quae in iudicio mouetur, denotat (f).

(d) Legantur BREMEN de *Causis summariis* Part. 2. cap. 4. et Cap. 8. §. 2. et 4. VMMIVS ad *Proc. Disp.* 12. th. 6. n. 23. LVDOVICI in *Doctrina ff.* Tit. de iudiciis. TEXTOR ad *Rev. Imp. Nou. Disp.* 4. §. 42. Hi nempe implicitam istam Litis Contestationem ita definiunt: quod sit Actus primus contradictorius, merita causae respiciens.

(e) Consulatur magnificus Dominus Procancellarius ESTOR in *Anfangsgründen des gemeinen vnd Reichsprocesses* pag. 67. §. 177. n. 4. edit. 1750.

(f) vid. L. 4. ff. de iudiciis. L. 65. §. 1. ff. de condit. indeb. L. 34. ff. de in litem iurando. STRVV. in *syntagm. Iur. Ciu.* Tit. de iud. p. 591.

Contestari autem indicat testibus adhibitis aliquid declarare, (g) siquidem apud Romanos (h) in iure, et solemniter expediendi erant multi actus, qui testium praesentiam requirebant, h. e. *Testato* perficiebantur, (i) indeque dubio procul enatum est *Litis Contestationis* nomen; cuius vltiorem explicationem §. sequente exposituri sumus. Progredimur igitur ad Germanicam denominationem: *die Kriegsbefestigung*, oder: *Befestigung des Kriegs des Rechtens*, quae petenda est a simili, nimirum a bello: Sicuti enim dum ad arma descendimus, acies adornari et formari videtur, ita etiam iudicium, velut pugna civilis, quae in statu civitatis, constituto magistratu, viget, *Litis Contestatione*, quemadmodum argumentorum et probationum agmina in aciem educuntur, fundari dicitur et stabiliri. (k). Exemplo nobis sint Saxones, qui, dum actor tenorem

B 2 libelli

(g) v. L. r. ff. *quod iussu*, in qua hoc sensu vocabulum *Contestari* adhibetur in verbis: *Et ideo si sic contestatus sit; cet.* Addatur BARNABAS BRISSONIVS de *Verborum Significationibus*, sub voc. *Contestari*, et BRISSONIVS de *formulis* Lib. V. pag. 398.

iecturas nostras passim de ea sumus explanaturi.

(i) Legatur omnino Magnificus Dominus Procancellarius ESTOR in *Anfangsgründen des gemeinen und Reichsprocesses* pag. 67. ex edit. secund.

(h) Si aliquid in iure Romano obscurum atque absconditum est argumentum, sal. C. Romanorum est inuoluta tenebris: attamen con-

(k) vid. BESOLDVS in *Thestylur. Pract.* in voce *Kriegsbefestigung*. LANGIVS in *Insti-tute ad Proc.* cap. 42. n. 6. et 7. VVLTEIVS de *Iudiciis* Lib. II. n. 18. sequ.

libelli porrecti coram iudice reiterat, Curatores ad Lites, *die kriegerische Vormünder* adpellant. Igitur quum hoc simile non sit contortum, sed cum Litis Contestationis proprietate aliqua ratione conveniat, per dictas voces in Germanorum idiomate non male exprimi litis contestationem, arbitramur.

§. III.

DE LITIS CONTESTATIONE ROMANORVM.

Quamvis vero ipsam rem eiusue notionem, quae Litis Contestationis vocabulo indigitatur, non iuri Romano sed naturali adscribamus; negari tamen nequit, nos nomen Litis Contestationis, et multa, quae ad applicationem et usum eius pertinent, Romanis debere. Nostrum igitur erit, vt explanato (§. praec.) Litis Contestationis nomine, quod ex antiquo Romano iure ad nos translatum est, ex usu fori Romani rem ipsam, variis inuolutam difficultatibus, aliquo modo eruamus. Excitandi hic nobis sunt ANTONINVS et SEVERVS Imperatores, (1) pronunciantes, inter editam actionem et Litem contestatam permultum interesse, (m) et affirmantes, Litem contestatam habendam tunc esse, quum iudex ex narratione (n) Actoris et Rei contradictione

(1) in *L. vii. C. de lit. contest.* addas *L. 14. §. 1. ff. de Iudiciis.*

(m) Discrimen hoc eo redit, vt actionis editio litem futuram tantum demonstrat,

contestatio vero eius initium constituat atque efficiat.

(n) Quae comprehendit petitionem Actoris et Rei responsum;

Etione (o) coeperit causam audire. Igitur de iudice dispiciendum nobis est. Nimirum Praetoris instantia inchoabat ab in ius vocatione, (p) edita Reo extra iudicium actione, et ad finem perducebatur, quando praetor, cum suis consiliariis, primum audierat, quid esset intentio actoris, deinde quid exciperet reus, replicaretque actor, dato postea iudice. Haec omnia autem Litis Contestationem nondum efficiebant omnem, quippe quae non nisi ordinato plenarie iudicio (q) nascebatur. Vt autem iudicium dici posset ordinatum in foro Romano, his opus erat capitibus: Praetor rem vocabat in ius; in ius quum ventum esset, partibus ex albo dabatur iudex; hunc aut accipere, aut repudiare iustis ex causis, aut eie-rare litigantes poterant. Debebant igitur conspirare partes ratione iudicis dati; isque in quem consentiebat uterque litigans, addicebatur a Praetore, et ex hac litigatorum conventionione acceptus, vocabatur *Addictus*, quem postmodum Praetor instruebat for-

B 3

mu-

tionem; *L. 2. C. de iurciur. propter calumn. Cap. vii. X. de lit. contest.*

(o) id est, negatione; *V. QVINTIL. Inst. 3. 1.*

(p) *S. fin. Inst. de poena temere litigantium*, legimus: omnium autem instituentiarum actionum principium ab ea parte edicti proficitur,

qua Praetor edicit de *ius vocando*.

(q) *Ceu Festus* id ipsum dicere declarat sub voc. *Contestari*. Contestari Litem dicuntur, inquit, duo aut plures aduersarii, quod *ordinato iudicio*, utraque pars dicere solet, *Testes Estote*; id quod etiam ex CICERONE, PLINIO, MACROBIO ET aliis patet.

mula futuri iudicii et quaestione vel pure, vel cum exceptione expressa. (r) Quo facto constitutum erat iudicium, constituta Lis, vel potius ordinata. Hanc insequabatur Litis Contestatio solemnitas, (s) et ab hac quoniam incipiebat iudicis pedanei instantia, (quo etiam sensu Litis Contestatio initium iudicii in legibus appellatur) hinc adparet sane, Imperatores in lege excitata vocabulo iudicis, non Praetorem, sed potius sic dictum iudicem pedaneum intellexisse. Quumque post ordinarum iudicium, ut diximus, Litis Contestatio demum solemniter fieret, hinc accidit, ut vnum idemque denotent locutiones: ante iudicium susceptum, et ante Litem contestatam, item post litem contestatam et post iudicium acceptum et susceptum. (t) Ratio est, quia illi-

(r) Omnino hic conferatur b. GYNDLINGIVS de lite contestata commoda plerumque, incommoda nunquam, pag. 3.

(s) Hoc est, docente GORD. DEO ad L. 36. ff. de V. S. datus iudex poscebat testes ac prouocabat, quos utraque pars rogabat, et coram illis testabantur, se de hac Lite constituta, i. e. Actione siue Iudicio ad hunc iudicem datum ire. Hinc vterque dicebat: *Testes Estote*. Atque ab hac

solemni Testatione Litis Contestatio nomen trahebatur.

(t) *L. un. C. de Litiscontestatio-
ne. L. 25. ff. rem ratam ba-
beri. L. 25. §. 7. ff. de
heredit. petit. Cap. 30. X.
de verb. signif.* GERARD.
NOODT de iurisdict. lib.
I. cap. 5. OBRECHT de
iurisdict. lib. III. Cap. 35.
num. 5. NIC. HIERON.
GYNDLING. Dissert. de
lite contestata commoda ple-
rumque incommoda nun-
quam. Cap. I. §. 4. 5. sequi.

illico post iudicem pedaneum acceptum, actiones intentatae tenor legitime, non vero nova conventionis penes Romanos, in iudicio coram pedaneo iudice peragenda. Dicendum pariter verisimili ratione restat de differentia eorum, quae in iure et quae in iudicio fiebant. Quum enim haec locutiones in legibus Romanis saepenumero occurrant, et ad fora Germanica applicari queant, sicco pede eas praeterire nolimus. Ius et iudicium, item ius dicere et iudicare, plane distincta erant apud Romanos: ius enim solummodo Praetor dicebat, non iudex pedaneus, qui iudicabat; illud in iure, hoc in iudicio fieri dicebatur. (x.) Quaecunque igitur olim in iure fiebant, ea hodie in causis ordinariis ante Litis Contestationem, et quae in iudicio, ea hodie post Litis Contestationem fieri dicuntur. (y.) Sic etiam quae ante Litis Contestationem peraguntur iudicii rite recteque constituendi causa, non acta, sed saltem praeparatoria iudicii adpellantur, (z) quorsum pertinet confessio in iure facta, (a.) libelli mutatio, (b.) tam in civilibus, quam criminalibus causis licita.

Nemo

(u) vid. IOSEPH AVERNIVS *Interpret. Iur. Ciu.* Cap. 15. n. 19.

(x) Conferatur POLLETVS in *Hist. For. Rom.* lib. III. Cap. VIII p. 248. STRYCK in *Dissert. de Proc. Iur. Rom. antiquo* Cap. V. num. 1. et 2.

(y) STRYCK in *W. mod. ff.* tit. de Iudiciis §. 4. seqq.

(z) VVETEIVS de *Iudiciis* Lib. III. n. II.

(a) L. 29. §. 1. ff. de *donationibus*. L. 56. *de re iudicata*.

(b) quae colligitur ex §. 35 *Inst. de Actionibus*.

(c) S. 1. ff. de *actionibus*.

(d) S. 1. ff. de *actionibus*.

(e) S. 1. ff. de *actionibus*.

(f) S. 1. ff. de *actionibus*.

(g) S. 1. ff. de *actionibus*.

(h) S. 1. ff. de *actionibus*.

(i) S. 1. ff. de *actionibus*.

(k) S. 1. ff. de *actionibus*.

(l) S. 1. ff. de *actionibus*.

(m) S. 1. ff. de *actionibus*.

(n) S. 1. ff. de *actionibus*.

(o) S. 1. ff. de *actionibus*.

(p) S. 1. ff. de *actionibus*.

(q) S. 1. ff. de *actionibus*.

(r) S. 1. ff. de *actionibus*.

(s) S. 1. ff. de *actionibus*.

(t) S. 1. ff. de *actionibus*.

(u) S. 1. ff. de *actionibus*.

(v) S. 1. ff. de *actionibus*.

(w) S. 1. ff. de *actionibus*.

(x) S. 1. ff. de *actionibus*.

(y) S. 1. ff. de *actionibus*.

(z) S. 1. ff. de *actionibus*.

(aa) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ab) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ac) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ad) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ae) S. 1. ff. de *actionibus*.

(af) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ag) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ah) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ai) S. 1. ff. de *actionibus*.

(aj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ak) S. 1. ff. de *actionibus*.

(al) S. 1. ff. de *actionibus*.

(am) S. 1. ff. de *actionibus*.

(an) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ao) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ap) S. 1. ff. de *actionibus*.

(aq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ar) S. 1. ff. de *actionibus*.

(as) S. 1. ff. de *actionibus*.

(at) S. 1. ff. de *actionibus*.

(au) S. 1. ff. de *actionibus*.

(av) S. 1. ff. de *actionibus*.

(aw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ax) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ay) S. 1. ff. de *actionibus*.

(az) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ba) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(be) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bh) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bi) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bk) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bo) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(br) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bt) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bx) S. 1. ff. de *actionibus*.

(by) S. 1. ff. de *actionibus*.

(bz) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ca) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ce) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ch) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ci) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ck) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(co) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cr) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ct) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cx) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cy) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cz) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ca) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ce) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ch) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ci) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ck) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(co) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cr) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ct) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cx) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cy) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cz) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ca) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ce) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ch) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ci) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ck) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(co) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cr) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ct) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cx) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cy) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cz) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ca) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ce) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ch) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ci) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ck) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(co) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cr) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ct) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cw) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cx) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cy) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cz) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ca) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cb) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cc) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cd) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ce) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cf) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cg) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ch) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ci) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cj) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ck) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cl) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cm) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cn) S. 1. ff. de *actionibus*.

(co) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cp) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cq) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cr) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cs) S. 1. ff. de *actionibus*.

(ct) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cu) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cv) S. 1. ff. de *actionibus*.

(cw) S. 1. ff

Nemo quidem est, qui nesciat, plane alias hac in re obscura multos interpretes tenere sententias; sed tacemus illas, atque arbitramur, forsan discrimen eorum, quae Romanis in iure et quae in iudicio fieri dicuntur, cum iis denominationibus, quae in Augusto Camerae Imperialis iudicio *extrajudicialiter*, et quae *iudicialiter* fieri dicuntur, comparari aliqua posse ratione. Extrajudicialium videlicet negotiorum nomine in Camera ea veniunt, quae coram Cancellaria expendantur, et plerumque inter ipsum iudicem et partem actoris vices sustinentem, remota altera parte, (c) quandoque etiam ea audita (vbi litterae Caesareae pro Informatione interuenerunt) tractantur, quaestionem vtrum actoris desiderio, intuitu peritorum processuum, defendendum sit, nec ne, agitantia. Iudiciales vero caussae et negotia ea omnia iudicialia adpellantur, quae in audientia publica celebrantur, initium a reproductio-
ne Processuum, in iure seu Extrajudicialiter decretorum, dein expeditorum, et insinuatorum, capientia, non nisi per sententiam definitiuam et quae sunt reliqua, terminanda. Plura non addimus, quum quid Pontifices Romani de Litis Contestatione tradiderint, iam nobis videndum sit.

§. IV.

DE LITIS CONTESTATIONE IVRE CANONICO PRAESCRIPTA.

INNOCENTIVS III. „ Non per positiones,
„ inquit,

(c) B. DE LVDOLF de *Iure Camerae* Sect. II. §. 2. p. 177.

„ inquit, et responſiones ad eas factas, ſed per pe-
 „ tionem in iure propoſitam et responſionem fa-
 „ ctam Litis Conteſtationem fieri. „ (d) Quibus ver-
 bis etiam vtitur GREGORIUS IX. (e.) Putauerunt
 nempe decretalium illi auctores, Romanorum Impe-
 ratorum conſtitutiones imitaturi, quascunque inter-
 rogationes et responſiones conuenire cum iis inter-
 rogationibus, quae olim apud Romanos in iure fieri
 debebant. Conuenientes eaſdem eſſe crediderant,
 eum in finem, vt facilius, quae ſit rei (f) ad quod-
 uis libelli caput responſio, intelligeretur. Quare eaſ
 determinarunt, & quomodo concinnari debeant, prae-
 ceperunt; hinc natae ſunt poſitiones, quae vna cum
 responſione ad libellum porrectum, quamuis gene-
 rali, pleniffima Litis Conteſtatio dicuntur (g.)

§. V.

DE LITIS CONTESTATIONE SECYNDVM
IVS COMMVNE GERMANORVM.

Conſiderauimus haecenus, quae ex iure naturae,
 et ex iure Romano, quaeue itidem e Canonum do-
 C trina

(d) *Cap. 54. X. de elect. et electi
 potestate.*

(e) *in Cap. vn. X. de litis
 conteſt.*

(f) ad cuius partes Litis Con-
 teſtationem potiffimum
 ſpeſtaſſe videtur, ob *Cap. 1.
 et 2. de lit. conteſt. in 6. vbi*

inbet Papa, vt Reus, qui
 exceptionem peremptori-
 am oppoſuerat, ante omnia
 Litem conteſtari debeat.

(g) *vid. Cap. 6. X. de iuram.
 calumn. BOEHMERVS Iur.
 Eccleſ. Proteſt. lib. II. tit. IV.
 §. 5. p. 1055. ſequ.*

Et rina fluunt ratione Litis Contestationis praeceptiones. Superest, ut iam Obseruantia Fori, generatim in Germania recepta, ob oculos ponatur. Quam ut aperiamus, in limine statim hanc adscribamus notionem, cum Germanorum consuetudinibus conspirantem: „ Est LITIS CONTESTATIO responsio Rei „ ad editam ab Actore actionem, ita facta, ut hac „ responsione directe se declaret Reus, quid de facto „ controuerso tanquam verum fateatur, quidue „ neget tanquam falsum. (h.) In hac notione tanquam genus constituimus responsionem Rei ad editam actionem, non autem ad *libellum*, uti quidem plerumque condocent I Cui; hac enim potissimum adducti ratione sumus, quia actio etiam nuncupatiue intentari potest, atque adeo libellus essentiam Litis Contestationis non ingreditur. Nam Lis contestata reputatur, quando edita est ab actore actio, et subsequuta a reo ad eam responsio, (i.) ut hinc Litis Contestatio per qualemcunque Rei declarationem querelae Actoris congruentem, siue litteris, siue verbis factam, constitui censetur. (k.) Deinde ostendimus, responsionem istam spectare debere ad factum controuersum, ut eo in determinatas propositiones resolutum, vel *confessio*, vel *negatio* erui, indeque thema probandum, et quis pro-

(h) Ideam, cum hac nostra fere conuenientem, suppeditat b. SCHÄVMEBURG in *Compendio Pandectarum* Lib. V. tit. I. §. XI. etenim *Est*, inquit, *declaratio Rei specifica et categorica ad singula libelli*

capita, quas factum concernunt.

(i) L. vn. C. de Lit. Contest.

(k) MATTHAEVS de Iudiciis Dissert. 8. th. 2. VVETRIVS de Iudiciis lib. I. cap. I.

probare debeat, elici queat. Et nim Reus respondendo aut litem contestatur, aut excipit, ita, vt eius exceptio saltem habeatur pro responsione per indirectum. Quare solummodo peremptorie excipiendo litem contestatus esse non videtur. (l.) Haud enim peremptorias exceptiones ea intentione opposuisse creditur, vt liti se immittere, sed vt potius statim offendere velit, se non teneri litem ingredi. (m.) Quibus ita constitutis, vt Litis Contestatio ad indolem fori Germanici, eiusque vsum concepta et composita dici possit, secundum communem doctrinam, requirimus, vt sit:

- I. *Specialis*, ad singula nempe facti momenta, quibus actoris intentio, et agendi ius nititur, directa. (n)
- II. *Clara et distincta*. Claritas autem maxime locum habet, dum propria et perspicua adhibentur verba. Hinc quando de factis Rei propriis quaestio est, vocibus: AFFIRMO, NEGŌ, *gestebe, leugne*; sin de alienis, CREDO, NON CREDO, *Glaube*, oder *Glaube nicht*, vt tenetur; (o.)

C 2

III.

- (l) *Cap. 2. de Lit. Contest. in 6.*
 (m) BOEHMERI *Ius Eccles. Prot. f.* Tom. II. Lib. V. tit. 1. §. 5.
 (n) REC. IMP. NOVISS. §. 37.
 (o) Attamen permittitur Reo, quando de factis antiquis, aut in ebrietate forsan perpetratis aut denique de punctis irrelevantibus quaestio est, ambigua respon-

sio, v. g. *Weiss nicht*. Prae ceteris hic consulatur Magnificus Procancellarius Dominus ESTOR in *Anfangsgründen des gemeinen und Reichs Processes* p. 69. §. 185. legi etiam possunt LAVTERBACH. *Conclus. forens.* Exercit. XIV. concl. I. lit. A. et GRIEBNER in *Prin-*



III. *Categorica*, germ. *Obne allen Anhang*, *Obne Bedingung* oder *Einschraenckung*. Hinc Litis Contestatio in vna serie vnoue actu facienda; iis, quibus actio mota impugnari potest, ad exceptiones peremptorias reiectis; (p.)

IV. *Pertinens*, qua Reus ad illa tantum capita responder, quae statum causae ac fundamentum rei, ac ab actore in litem deductae, attingunt, irrelevancia vero praeterit. (q.) His igitur concurrentibus requisitis satisfieri credimus vi ac potestati Imperii Legis, (quam Recessum Imperii nouissimum vocamus) MDCLIV. in Comitibus Ratisbonae habitis, latae, per quam Ordo Iudiciarius in Germania purgatus atque correctus est, et cuius proinde dispositio adeo late patet, ut cunctis Germaniae dicasteriis (r.) tanquam norma praescripta sit

Princip. Proc. Iudic. Lib. I. Cap. II. Sect. VI. §. I. nec non Illustris CAROL. GOTTL. KNORR in *Introd. ad Proc. Iudic.* Cap. VIII. §. 5. p. 95.

(q) BRUNNEM. *Proc. Ciu.* Cap. XIII. §. 6. 7.

(r) Huc spectat §. CXXXVII. dicti RECESS. IMP. *Es sollen auch Churfursten und Staende des Reichs* etc. et TEXTOR ad hunc Recessum *Dissert.* IV. th. I.

(p) Conferatur MARTINI *Comment. Forens.* tit. XVI. n. 71. seqq. Alias enim Litis Contestationis categorice faciendae causa, iudicem interloqui prius oportet, quam definitivam litem sopire valet.

§. II, in verbis: „Dispositio nostri Recessus Imperii non est consideranda, ut sanctio quaedam ad solum Camerale Iudicium pertinens, sed potius ut
„ *Lit*

fit habenda. Sancit autem de Litis Contestatione §. XXXVII. sequentia: So soll der citirte und beklagte auf die Klage kurtz, neruose und deutlich, auch unterschiedlich und klar, ob und worinn das Factum anders als vom Klaeger vorgebracht, und wie es sich eigentlich verhalte, SPECIFICE vnd auf ieden punct mit allen seinen Vmstaenden anzeigen; cet. Quae verba adeo clara sunt, vt neminem non ista intelligere, credendum sit; nihilominus tamen plerorumque pragmaticorum scripta repleta sunt definitionibus, a mente huius legis Imperii saluberrimae prorsus alienis. Permulti nempe Litis Contestationem definiunt: „ per caussae controversae narrationem ab Actore factam, cum contradictione Rei, animo litem contestandi, copulatam. Sed facile est ad perspicendum, hanc definitionem redolere potius corruptam fori praxin, quam Litis Contestationis naturam exprimere, siquidem illae ipsae contradictiones vagae, perplexae, veritatis negatiuae, onus probandi in Actorem, vt ei aegre fiat, reluctantem propria conscientia, reiicientes, quandoque etiam ob diuersorum iniurium mixtionem confusae, a Reo, Litis Contestationis loco adiectae, adeo turbant iudicii ordinem

C 3

„Lex communis etiam in
 „Statuum Imperii dicasteriis
 „obseruanda; nec non DE MEIERN
 „in Actis Comit. Ratisb. Tom. I. lib. VII. §. 27. et

NEVRÖD in der Pragmatischen Erläuterung des künigern Reichs Abschiedes, die 300te und folgende Anmerckung.

dinem, ut non solum male instituta actione, sed etiam optime licet composito libello, ordine procedi non possit, quoties id, quod essentialem iudicii partem constituit, vitio quodam laborat. Imo neque finis Litis Contestationis obtineri potest, si id, in quo cardo quaestionis versatur, per eiusmodi vagas et ambiguas narrationes et contradictiones plane occultetur. Denique rationem non perspicimus, cur illi Dd. in definitione requirant, ut litem contestandi animus discrete exprimatur; nisi enim illud formularium ius, quo Romani utebantur, quod vero Germanici fori incholes semper respuit, in dicasteria nostra introducendum esse, sibi persuadeant, omnino superfluum hoc ipsum erit; siquidem ex Rei responsione animus iste iam satis superque colligitur, ideoque sufficit, elucere eum ex responsione Rei, illum in finem in iudicium vocati, non vero contrarium. (s.) Taceamus denique Logicae praeceptionibus repugnantes characteres, adlatæ istorum definitioni insertos; Litis Contestationis divisiones potiores statim indicaturi.

§. VI.

QVID SIT LITIS CONTESTATIO SOLEMNIS? QVID MINVS SOLEMNIS?

Litis Contestatio Solemnis est, quae continet I. libellum, quoad materialia in propositiones determinatas

(s) vid. QRBINAT. CAM. de Anno 1555. Tit. XIII. §. 4. So soll der Krieg, ob auch der Litis Contestation nicht aus-

drücklich Meldung geschehen, für besetzt gehalten werden. DR. DALYDOLPH in Iur. Cam. Sect. II. §. 4. p. 269.

natas resolutum, II. responſionem rei ſpecificam et categoricam, ad ſingulas propoſitiones directam; (o.) quo exiſtente, ipſe iudex circa probationem ſtatim iuri conuenienter ſtatueret, et in id, quod conſeſſus eſt Reus, eum condemnare, dein certum terminum praeſigere, et denique victum, iuxta leges, ad praeſtandum id, quod deberet, adigere poteſt. *Minus Solemnis* autem litis conſeſtatio, qualiquali reſponſione abſoluitur. (p)

§. VII.

QVID SIT L. C. ADFIRMATIVA? QVID
NEGATIVA? QVID MIXTA?

Litis conſeſtatio adfirmatiua (q) eſt, ſi de intentione actoris fateatur reus, ſalua tamen huic oppoſita exceptione

(o) Conferatur SCHAYMBURG in *Princip. Proc. Iudic.* lib. I. ſect. I. membr. 2. c. 5. §. 6.

(p) v. g. ſi dicit: *Er wundert ſich über des Klägers Zu nöthigung, bitte ihn a limate iudicii ab- und zur Rube zu verweiſen.* vid. LYDOVICI in *doctrina ff. Tit. de Iudiciis §. XXXIV.*

(q) Ita in Praxi Camerae Imperialis Iudicii nil frequentius occurrit formula: *omino litem affirmatiue con-*

teſtandi; hanc vero R. I. N. repugnare, vi cuius non Actoris ſed Reiporius eſt, litem vel *adfirmatiue*, vel *negatiue*, vel *mixtim* conſeſtari, atque adeo reprobendam eſſe, autumamus. Quod probatum dedit DE LYDOLF in *Iur. Cam.* ſect. II. §. 4. p. 179. et IO. CHRIST. SCHROETTER in *Diſſ. de Litis Conſeſt. adfirmatiua*, edit. Ien. 1709.

ceptione. (r) *Negativa* compellatur, quando Actoris intentio plane euertitur. (s) Denique L. C. *mixta* vocatur, si Reus Actoris intentionem partim confitetur, partim negat. Fit autem, teste experientia, confessio haec aut cum aut sine additamento exceptionum peremptoriarum, qua de re alibi fusius.

§. VIII.

QVID SIT L. C. GENERALIS? QVID SPECIALIS?

Contestatio litis est alia *generalis*, alia *specialis*, in hac de singulis capitibus responsum dat reus; in illa autem minus, sed omnibus simul occurrit, vel vnam reddit elocutionem; (t) e. c. *ich bin der Klage nicht gestaendig.* (u)

§. IX.

QVID SIT L. C. PVRA? QVID EVENTVALIS?

Litis Contestatio Pura dicitur, quae simpliciter, absque vlla restrictione aut conditione facta est. (x)
Euen.

(r) L. 9. C. de exceptionibus seu praescriptionibus. LVDOVICI VJ. pract. distinct. Iuridic. Lib. 5. Tit. 1. dist. 13.

(s) Vid. Dominus Praefes, Iur. Can. Tom. II. pag. 73. §. 112.

(t) haec in iure Canonico est fundata. v. cap. 6. X. de iuram. calumn.

(u) Dominus Praefes c. 1. pag. 73.

(x) Exprimi solet formula: *Es will Beklogter, ohne sich mit Exceptionibus dilatoris*

Euentualis autem, siue *Conditionalis*, est *Responso* Rei ad libellum Actoris facta, sub conditione, si *ex*-
ceptionens oppositae, aut a iudice non admittae, vel
reiectae, aut non adimpletae, aut a parte elisae fue-
rint. (y)

§. X.

QVID SIT L. C. VERA? QVID
FICTA?

Litis contestatio vera est, quae re vera existit,
et verbis fit expressis, quibus Reus motam contra se
actionem vel confitetur, vel negat; *Ficta* adpellatur,
quae adesse fingitur et pro *litis contestatione* habetur,
in poenam Rei, *contestationem* *litis contumaciter* dif-
ferentis.

§. XI.

DE FINE LITIS CONTESTATIONIS.

Litis Contestationis finem, quod attinet, hic
praecipue eo collineat, vt iudex intelligat, super
quo

riis aufzubalten, folgender
Gestalt auf die Klage ant-
worten.

(y) Exprimi solet hac ratio-
ne: Euentualiter aber und
auf den Fall, wenn denen
jetzo opponirten Exceptioni-
bus dilatoris gehörend ab-

gebolsen, und anderer gestalt
nicht, will Beklagter auf die
erbobene Klage folgender ge-
stalt Litem contestiren. Con-
sulantur SVENDENDORF-
FER ad FIDIGII Proc. pag.
38. et STRYCK, in Dissert.
de *Litis Contestatione* *Luer-*
tuali.

D

quo fit iudicandum argumento, quaeue ad cognitionem et definitionem causae spectent; deinde ut partes quoque intelligant, praecipua rei momenta, et quid ab ipsis probari, vel impugnari debeat. (z) Intermissa enim Litis Contestatione, nihil rite tractari potest in iudicio; quum hoc in casu neque testium productio, neque sententia definitiva ferri possit. (a) Hinc neque iudex, neque litigantes Litis Contestationem remittere, vel omittere, valide queunt. Remittendi nempe potestas penes eos haud est, quandoquidem eiusmodi pacto turbaretur ordo iudiciarius, qui partem iuris publici efficit; huic autem priuatorum pactis nihil unquam derogari, constat. (b) Posthabendam autem non esse litem contestationem, vel inde cognoscimus, quoniam ea continet iudicii partem substantialem, siue proprietatem plane necessariam. (§. I.) (c) Sed haec de litem contestatione dicta sunt generatim.

§. XII.

(z) *cit. L. vn. C. de Litis Contestat.* Addatur *VM-MIVS ad Proc. Disp. 12. th. 6. n. 13. 19. WESENBECC. in Cod. h. t. n. 7. OBRECHT de Litis Contestat. Cap. 10. n. 3. et 4.*

tentiis et interloc. T. T. X. ut lite non contestata. GAILIVS Obseru. 73. n. 1. et Obseru. 75. n. 4.

(b) *L. 38. ff. de pactis.*

(a) *L. 8. C. quomodo et quando iudex. L. 14. C. de ser-*

(c) GAILIVS Lib. I. obseru. 75. n. 2. MYSINGER Cent. III. obseru. 74.

onus subeundum esset. (f) Hinc factum, vt Pontifex in *Clement. saepe, de verb. signif.* positionum usum exactum praescriberet. (g) Quae quum ita sint, Iuris Canonici vero auctoritas indies crescere ac tanta esse coeperit, vt in cunctis Germaniae iudiciis tanquam fundamentum totius ordinis iudiciarii positum, immo ab ipsis Imperatoribus Ius illud peregrinum supremis Imperii tribunalibus iniunctum fuerit; (h) sane fieri non potuit, quin Litis Contestatio generalis, vna cum libello articulato, in Camerae Imperialis forum tunc temporis locum haberent. Huc referenda est formula litem negatiue contestandi, quae praescripta est in *CONC. ORDIN. CAM. Part. III. Tit. XV. §. 4.* quod ad causas simplicis querelae seu in prima instantia in Camera agitandas attingit; item illa formula, eadem *Part. III. Tit. XXXVIII. §. 14.* tradita, quod ad causas appellationis spectat. Diu vero hic modus agendi non viguit, siquidem *REC. IMP. NOVISSIMO* generalem Litis Contestationem et libellum articulatum pro-

(f) vid. BRUNNEMANN *Proc. Ciu. Cap. XVII. num. 3.* STRYCK in *usu moderno ff. lib. XI. tit. I. §. 40.* sequ.

(g) Quia, inquit, Positiones ad faciliorem expeditionem litium, propter partium confessiones et articulos, ad clariorem probationem *usus longae-*

us admittit. *Nos usum huiusmodi obseruari volentes; cet.*

(h) *ORDIN. CAM. de anno MDLV. Tit. 57. et ORDINAT. IVD. AVL. de anno MDCLIV. tit. I. §. Und weilen denn; cet.* Addas LIMNAEVM in *Inst. Iur. publ. Tom. 5.*

prohiberi, (i) et positionum vsum valde limitari, (k) constat, adeo, vt, exclusis per hanc legem libellorum ambagibus, Litis Contestatio nulli amplius formulæ aut solemnitati sit adstricta, (§. V. VII.) modo Reus ad porrectum libellum specificæ, directe et congrue respondeat (l).

D 3 §. XIII.

(i) Sic enim sancit §. XXXIV. daß ein jeder Kläger bey Ausziehung der Proceße oder Ladung, seine Klage oder Libell nicht Articulis sondern allein summarischer Weise übergeben solle; cet. Conferas gründliches Bedencken von den articulirten Klag-Libellen, so bey dem Reichs-Tag zu Regensburg anno 1653. durch einen vornehmen Fürstlichen Gefanthen aufgesetzt worden. apud LÜNIG. in Europæischen Staats-Consiliis Tom. II. pag. 544. seqq.

(k) Quæ restrictio ita se habet: §. XLI. So wird der Gebrauch solcher Articulis und Antwortungen, doch nicht wie bishero ohne Unterscheid, sondern; cet. Et profecto positiones parum aut nihil commodi habent, siquidem per earum ambiguitas quaestiones, nouæ

producentur ambages, et iurisiurandi religio, iuramentorum multitudine profanatur; igitur non perspicimus, quæ ratio impulerit AVGVSTINVM ALLEYSER, vt specim. 121. Merdit, ad ff. III. has positiones summis laudibus ornaverit. Aliud de iis iudicium fert SCHAVMBURG. in Compend. ff. tit. de Interrogat. in iur. fac. §. 17. quemadmodum mediam viam ingreditur BRVNEMANN in Proc. Ciu. Cap. 17. n. 1. sequ.

(l) Quæ REC. IMP. NOVISS. cit. §. XXXVII. de Litis Contestatione præscribit, remissive iterum ea præfinita sunt REC. VISIT. CAMERAE de anno 1713. §. 14. daß eine Ordnung in den Proceßen oder schriftlichen Handlungen in Acht genommen,

§. XIII.

DE CAUSSIS, QVAE LITIS CONTESTATIONEM IN AVGVSTO CAMERAE IMPERIALIS IVDICIO REQVIRVNT.

Litis Contestationem in iuris naturalis praeceptionibus positam esse, et partem Processus substantialem constituere, §. I. probatum dedimus. Ex quo efficitur conclusio, in omnibus causis, quae semel in *Iudiciariam disceptationem* sunt deductae, eam requiri, nisi abesse posse hanc substantialem Iudicii partem, existimaveris. Quapropter in Camerae Imperialis Iudicio omnibus in causis, de quibus cognitio ibi instituitur, lis contestanda est. (m) Quum igitur responsum Rei ad editam actionem, siue libellum, Litis Contestationem dixerimus; (§. V. et praec.) pari modo colligendum est, in omnibus causis, quae libellum requirunt, simili ratione litem contestandam esse; quae vero illum non admittunt, in illis etiam Litis Contestationem omitti posse. (n) Itaque, sicuti desiderantur libellus atque Litis Contestatio in *Causis*

I. tum

men, und nicht alles unter einander geworfen werde; Inmassen auch in dem jüngern Reichs Abschied §. 37. der Beklagte dahin angewiesen, daß derselbe auf jeden Punkt, wie sich das Factum verhalte, seine Anzeige thun solle.

(m) Vid. HILTOP. ad Proc. P. III. Tit. I. n. 5. DECKHERVS in Rel. Cam. XVIII. n. 8. LONDORPIVS in *Actis publicis* tom. VI. lib. VI. Cap. 354. pag. 337. GAILIVS Lib. I. *Observ.* 74. n. 3. BLVMIVS in Proc. Cam. Tit. 71. n. 13.

(n) Huius loci sunt GAILIVS

I. tum *Petitorii*, tum *Possessorii*, (o) tam
 II. *Simplicis Querelae*, quam *Appellationis*; (p) ita
 opus non est libello, neque *Litis Contestatione*, in
 appellationibus, quae ob mere interlocutoriam,
 definitivae vim non habentem, sententiam inter-
 ponuntur; ibi enim *Schedula* vel *Instrumentum*
Appellationis oretenus, vel in scriptis repetitur,
 et paucis tantum petitur: declarari male iudica-
 tum, et bene esse appellatum. (q) Quibus positis,
 speciatim nunc agamus de istis causis, quae a
 regula, in principio huius §. prolata, abhorrent at-
 que defleunt.

§. XIV.

DE CAUSSIS, QUIBVS LITIS CONTE-
 STATIO IN CAMERA IMPERIALI
 NON ADHIBETVR.

Quod ad causas attinet, quibus *litis contestatio*
 in Camera Imperiali non adhibetur, hae sunt

I. Cau-

LIVS Lib. I. *obseru.* 76. riis enim non ambigitur
 n. 4. KOCHIVS ad *Ordin.* hac in re.
 Cam. Tit. 32. §. 4. n. 11. (p) ORDIN. CAM. Part. III.
 cum ibidem notatis n. 12. Tit. XXXII. §. 5. CONC.
 MAGENHORST. *obseru.* ORDIN. CAM. Part. III.
 XIII. ibique DECKHERVS Tit. XXXXIII. §. 14. MYN-
 ER KLOCKIVS *Relat. Cam.* SINGERVS *Cent. I. obseru.*
 V. n. 20. et seqq. I.
 (q) ORDIN. CAM. Part. III.
 Tit. XXXI. §. X. REC.
 IMP. de anno MDCXX.
 §. 92. REC. VISIT. anno
 MDXIV. §. 11. confectus.

(o) Vid. §. 4. *Inst. de inter-*
dictis. Addatur GYLMAN-
 NVS *Symbor.* Tom. IV. re-
 lat. 56. n. 27. De petito-

- I. *Causae Summariae.* (r) Non quidem eam ob rem, quoniam secundum naturale ius, a Litis Contestatione remotae sunt, sed quoniam ius positivum has causas detraxit iuri naturali et exceptiones eis tribuit, per quas a Litis Contestatione, stricte sic dicta, omnino liberae sunt;
- II. *Causae Extraordinariae*, in CONC. ORDIN. CAM. Part. III. tit. III. recensitae; (s)
- III. *Causae Fiscales*, in quibus, sola facti veritate perspecta, statim proceditur; nisi ita comparatae sint, ut altiore disquisitionem requirant; (t) denique
- IV. *Causae, ad quas Mandatum sine Clausula applicari potest*; siquidem Mandata haec eum in finem non emanant, ut res in iudicio disceptetur, sed ut potius, perspecta primum facti veritate, Reus ad parendum illico adigatur. (u)

§. XV.

(r) *Clementina saepe, de verborum significatione.*

(s) Has tamen non omnes summarie tractari, sed aliquas earum excipi, atque adeo non commiscendas esse cum sic dictis summaris causis, docet Illustris ZWIRLEIN in notis ad CONC. ORDIN. CAM. cit. loco p. 125.

(t) v. g. *Causae Exemptionis*, tam particularis, quam totalis; de quibus videatur consultiss. IO. PHIL. CARRACH de *Exemptionibus*.

(u) Plura hac de re videas apud DE LUDOLF *Jur. Cam. Sect. I. §. X. B. 18.* et 28. p. 78. et 83.

§. XV.

QVIS LITEM CONTESTARI POSSIT.

Litis Contestationem constituunt *Actor* et *Reus*, qui vel immediate et proprio nomine litem contestantur, vel per alios. Proprio nomine possunt litem contestari omnes, qui non prohibentur. Prohibentur autem quidam *natura*, quidam *lege*. *Natura* prohibentur infans, furiosus, mente captus, mutus et surdus *natura* simul. Litis Contestatio enim iudicium requirit; modo enumerati autem homines satis deliberare et rebus suis prospicere nequeunt. (x) *Lege* prohibentur, alii, qui sui, alii, qui alieni sunt iuris. Sui iuris iterum sunt vel sub tutela, vel sub cura. Sub tutela sunt pupilli, et hi per se litem contestari nequeunt; quoniam non habent legitimam personam standi in iudicio. (y) Sub cura constituti sunt minores, uti et furiosi, mente capti, nec non prodigi. (z) Qui quoniam iudicio destituuntur, curatore demum consentiente litem intendere et excipere valent. (a) Alieni iuris sunt vel serui, vel filii familias. (b) Alieno nomine litem contestantur

I. *Patres*, filiorum loco, in bonis aduentitiis, quum in aliis bonis patres legitimi sine administratores. (c)

E

II. Tu.

(x) OBRECHT cit. l. Cap. 3. n. 3. 4. 5.

(y) L. 1. et 2. C. qui legit. personam standi in iudicio.

(z) L. 7. §. 11. et 12. ff. qui bus ex causis in poss. eatur.

(a) Cit. L. 2. C. qui legit.

person. standi in iudic. OBRECHT. Cit. Tr. Cap. III. v. II. sqq.

(b) §. 4. Inst. per quas personas cuique adquiritur. L. 79. de adquirenda vel omittenda hereditate.

- II. *Tutores*, nomine pupillorum, qui principaliter dantur personis, (d) ac proin etiam bona pupillorum administrare, indeque pariter litem pro iis suscipere possunt; (e)
- III. *Curatores*, nomine minorum, furiosorum, prodigorum aliorumque; (f)
- IV. *Filii familias*, patris nomine, si alius vel non adfit, qui huius loco agat, (g) vel pater, ob dementiam, aut furorem, absentis loco habeatur; (h) denique
- V. *Procuratores*, qui mandato procuratorio instructi, suorum principalium nomine, quos repraesentant, in Camera Imperiali litem contestantur, et quidem oretentis, aut per Recessum Orale, Aduocati autem in scriptis. (i)

§. XVI.

DE MORA RATIONE LITIS CONTESTATIONIS A REO COMMISSA, ET REMEDIIS IN CAMERA IMPERIALI HVC SPECTANTIBVS.

Quum saepenumero accidat, vt Reus cunctetur et litem contestari differat; remediis opus est, quibus

(e) L. 6. pr. et §. 2. C. de bonis quae liberis.

(d) § 4 *hst qui testamento tutores dari possunt.*

(e) F. T. ff. cum T. T. C. de administ. tut.

(f) per T. T. ff. et C. decurvat. furiosor.

(g) L. 18. §. 1. ff. de iudiciis.

(h) L. 18. §. 11. ff. de iniuriis.

(i) ORDIN. CAM. Part. III. tit. XV. §. 4. item Tit. XXXVIII. §. 4. et 14 REC. IMP. NOV. §. XXXVIII. BLVM. Proc. Cam. loc. cit. p. 13.

quibus ille ad contestandam litem adigatur. Eiusmodi vero remedia, quae in legibus Cameralibus hac de re inveniuntur, vel sunt *antiqua*, vel *moderna*. *Antiqua* et quae olim obtinebant, triplicia erant, per quae Actor vel ad *proscriptionem*, vel ad *immisionem* ex primo aut secundo Decreto, vel ad *contumandam* causam principalem vsque ad finem (k) agit. Sed in alia omnia iuit et nouius remedium introduxit REC. IMP. NOVISSIMVS, (l) quo, duobus prioribus coercendi modis sublati, ille vnicus seruatus fuit, quo *lis in contumaciam Rei pro contestata* habetur; id quod adeo procedit, vt quamuis Reus per sententiam victoriam reportauerit forsan, actori tamen, morem gerenti, neque damna neque expensae imputari debeant. (m) At sicuti nulla sine ex-

E 2 ceptione

(k) Quod liquet ex ORDIN. CAM. de Anno 1495. tit. 19. §. 1. Würde auch der Antwort in der ersten Rechtfertigung, oder in der Appellations-Sache von Befestigung des Krieges ungehorsam; so soll doch auf des Klägers Anrufen durch das Gericht zu Acht und Aberacht, auch zu dem Einsatz ex primo decreto wider den ungehorsamen Antworter procediret werden.

(l) §. XXVI. Dem Kläger soll zugelassen seyn, den ungehorsamen und nicht er-

scheinenden Antworter in Contumaciam (jedoch mit binfügiger Aufhebung der bisherigen gebrauchten zween Wege, entweder auf die Poen der Acht oder Immision ex primo vel secundo decreto zu procediren) in der Hauptsache ordentlicher Weise bis zu Ende nach Belieben, altermassen in der Ordnung Part. III. Tit. 43. §. 4. versehen worden.

(m) Exemplum adfert DE LVDOLE. in Cameral. Sententiarum Collectione, iuri Cam. annexa; pag. 74. Sententia

ceptione facile esse regula solet; ita etiam eo casu, quando contra *Tutorem* vel *Curatorem*, tanquam Reum contumacem, agitur, etiam hodiernum obtinet immisio ex primo vel secundo Decreto. (n)

§. XVII.

DE TERMINO LITIS CONTESTATIONIS
IN CAMERA IMPERIALI PRAEFIXO.

Litis Contestationi olim praefixus fuit terminus secundus, in quo dispiciendum erat de exceptionibus dilatoriis, prius quam ad Litis Contestationem partes

rennia 148. ita se habet:
In Sachen Conrad Degelers und Conf. Klaegern eines, wider Margrethen Ingelheim, Wittib von Leyen, Beklagte andern Theils, Citationis, Ist Dr. Groenberg, sein den 4. Jun. jüngst bescheben begehren abgeschlagen, sondern der Krieg Rechts auf die den 8. Oct. 1687. eingekommene summarische Klag von Amtswegen für befestiget, desgleichen die Sach für beschlossen angenommen, darauf und allem Fürbringen nach zu recht erkannt, daß ermelte Beklagte ihnen Klaegern die noch ausstehende und eingeklagte 308. fl. Inhalt fürtrachter Obligation und Bekaentnisse, samt der

gebührlischen Interesse, von Zeit an des Verzugs, soviel sie dessen, wie Recht, liquidiren und darthun werden, zu bezahlen schuldig seyen. Als wir sie denn zu solebten allen, auch in die Gerichts-Kosten derowegen aufgelaufen, denen Klaegern, nach rechtlicher Ermaessigung, zu entrichten, condemniren und verdammen. Compares CONC. ORDIN. CAM. Part. III. Tit. 52. §. 3.

(n) DVB. CAM. LXXVIII.
de anno 1595. REC. DEF.
de anno 1600. §. 95. CONC.
ORDIN. CAM. loc. cit. §.
17. et CAPITVLATIO AUG.
GUSTISSIMI Imperatoris
FRANCISCI I. Art. XX.

partes progredi poterant, (o) Sed varias mutationes ratione termini huius contingere, (p) quibus admittis, res tandem per placitum Collegii Cameralis, coarctationem terminorum multitudinis respiciens, an. MDCLIII. in Comitibus Ratisbonensibus exhibitum, (q) confecta est. Quo per suffragia omnia adprobato, (r) RECESSVI IMP. NOV. §. XXXVII. specialis inserta constitutio, per quam primus terminus stabilitus est, in quo in Camerae Imperialis iudicio Reproductio et Litis Contestatio facienda est.

§. XVIII.

DE EFFECTIBVS LITIS CONTESTATIONIS.

Producit Litis Contestatio effectus duplices, vel communes siue promiscuos, vel ratione personarum, iudicium constituentium, peculiare. Priores huc redeunt:

I. per eam producitur novatio, quamvis improprie sic dicta. (s)

E 3 houp sur II. Iudi.

(o) Videas ORDIN. CAM. de anno MDLV. P. III. tit. 12. seq. et tit. 24. seq.

1579. §. 4. sequ. in CORP. IVR. CAM. P. 376.

(p) REC. IMP. de anno MDLXXXIV. §. 59. vsque ad §. 64. eundem iterum introduxit. Conferas Herrn Cammer-Richters und Beysitzer Bedencken zu schleunigerm Proceß übergeben in visit. d. 8. Maii

(q) Quod protulit DE MEIERN in Actis Comit. Ratisb. Tom. II. lib. IX. §. 14. n. 4. P. 202. sequ.

(r) DE MEIERN loco citato lib. XII. §. 3. n. 2. p. 423.

(s) L. I. §. 1. et L. 29. ff. de novation. et delegat.

II. Iudicium ab ea incipi dicitur. (t)
 III. Iudicio quasi contrahitur; hinc per eam aliquis obligatur instantiae, a qua, inuito aduersario, recedere nequit. (u)

Posteriores oriuntur vel ex parte Iudicis, et rationem in se continent, cur Iudex semel electus, neque tanquam suspectus recusari, neque ut incompetens amplius declinari possit; (x) nisi iustae suspitionis causae postea emerferint. Nam ubi coeptum est Iudicium, ibi pariter ad finem id perducendum est. (y) Non quidem ignoramus, esse nonnullos, qui per Litis Contestationem, iurisdictionem demandatam perpetuari, autumant; sed hac sententia non est opus, quum sola citatio ad perpetuandam iurisdictionem iam sufficiat; (z)

in horum effectuum numero, ratione actoris, hi occurrunt:

I. Actiones perpetuantur. (a) Olim sane omnes actiones, ex contractu provenientes, erant perpetuae, verum illae ad triginta annos restrictae sunt.

(b) Intra quod tempus, nisi quis egisset, temporis

(t) SICHARD. ad rubr. Cod. hoc tit. n. 1. et sequ. VMMIVS ad Proc. Disp. 12. th. 6. n. 22. GAILIVS lib. I. obs. 74. n. 1.

(u) Dominus Praefes in element. iur. Canon. Tom. II. pag. 74.

(x) L. 4. C. de iurisdic. L. vlt. C. de except. et praescript. VMMIVS cit. loc. GAILIVS loc. cit.

(y) arg. L. 30. ff. de iudicis. (z) Cap. 20. X. de officio et potestate iudicis delegati, et arg. Cap. vlt. X. de officio legati.

(a) L. 9. §. 3. ff. de iur. iurando. L. 139. ff. de reg. iur. L. 24. pr. ff. de liberati causis.

(b) L. 3. C. de praescript. 30. vel 40. ann. L. 1. §. 1. C. de annali exceptione.

ris praescriptione excludebatur; attamen, si quis litem semel contestatus fuerat et postea litem forsitan dereliquerat, actio erat perpetua, ita, ut a tempore litis morae, demum quadraginta annorum spatio excluderetur. Nihilominus excipiuntur actio de dolo, quae biennio circumscripta est, (c) et in integrum restitutio, quae quadriennio finitur; (d) quod tamen in Imperialis Camerae iudicio non semper observari, constat. quum restitutionis agitatae lis etiam longo post quadriennium intervallo interdum ibi decisa sit. (e) Taceo reliquas huc spectantes exceptiones.

II. Actiones, quae alias ad heredes haud spectant, post L. C. cum heredibus communicantur et persequuntur heredes L. 26. L. 33. ff. de O. et A. L. 19. L. 164. ff. de R. I.

III. Effectus Litis Contestationis ex parte Actoris, conspicuus est maxime, dum interrumpit usucapionem et praescriptionem (f) neque minus

IV. Rem peritam facit litigiosam; (g) qua propterea etiam res in iudicium deducta, post L. C. valide alienari amplius nequit;

V. Peracta Litis Contestatione, libellus haud mutari potest. (h)

Ex

(c) L. fin. C. de dolo malo. L. 3. in fine C. de praescript. 30 vel 40. ann.

(d) L. ult. C. de temp. in integ. restitut.

(e) MYNSINGER. Cent. I. obseru. 5. pag. 33. profert causas huius iuris cameralis.

(f) L. 2. C. ubi in rem act. L. 5. §. 1. C. de recept. arbitr.

(g) Auth. litigiosa, C. de litigiosis.

(h) CARPZOV. Part. I. Constit. II. def. I. num. 5.

Ex parte Rei autem, Litis contestatae commoda et incommoda huius generis sunt:

I. Post L. C. exceptiones dilatoriae opponi nequeunt, (i) nisi exceptio dilatoria, iudicio iam accepto, moriatur, aut reo primo innotescat, quo casu illa sibi non prohibetur, modo iureiurando euerit, sibi exceptionem hanc ante litis contestationem fuisse incognitam. (k)

II. Res in litem deducta ipsi Reo perit. (l)

III. Ex sententia bene multorum Dd. omnes possessores post Litis Contestationem in mala fide constituantur, (m) eamque ob causam inde a tempore

L. C. omnes fructus, accessiones et vsuras restituere tenentur. (n) Ceterum litis contestationis proprietates alias praetermittimus lubentes, eas nempe, de quibus innumeri existant scriptores, nec sumus plura addituri, ne in immensum crescat commentatio.

(i) L. 8. et 9. C. de except. et praescript. GALLIUS loc. cit.
(k) Cap. 4. X. de exceptionibus. ZANGER de except. P. II. n. 23.

(l) L. 40. pr. ff. de hereditatis petitione. L. 1. §. 34. et L. 19. de vi et vi armata. HOTOM. quaest. Illustr. quaest. 30.

(m) L. 25. §. 7. ff. de hereditatis petitione. BROCKES in Diff. de lit. contest. malam fidem non inferente.

(n) §. 2. Inst. de offic. iudic. L. 31. pr. ff. de reb. cred. PEREZ. ad L. vn. C. hoc tit. n. 2.



PRAE.

PRAENOBILISSIMO ET DOCTISSIMO

CANDIDATO

GEORG. LVDOV. ZIEGLER

S. P. D.

PRAESES

Sextus ex eorum candidatorum Wezlarien-
sium numero es, qui hoc in anno, ho-
norum in iure utroque obtinendorum cau-
sa, ad nos venerunt. Publico nomine censeo gau-
dendum, ac priuatim etiam meo; etenim or-
dinem Ictorum honesta cepit ambitio, a quo
laurea in perillustres, generosissimos atque ex-
cellentissimos Camerae Imperialis Assesores, Do-
minum PHILIPPVM HENRICVM DE REVS,
DICTVM HABERKORN, et in Dominum FRAN-
CISCVM RVDOLPHVM DE DEGEN, nec non
in perillustrem atque excellentissimum CAROLVM
LVDOVICVM SCHROETER, Augustissimo Boruf-
F
forum

forum Regi a consiliis regiminis in Ducatu Magde-
 burgenſi et praefentatum Camerae Imperialis Affeſſo-
 rem longe grauiſſimum, collata fuit. Quanto plau-
 ſu diſſertationes inaugurales, triumuiſi illi, laude omni
 maiores, ſuſtinerint, iam publice venerabunda
 mente id me indicaffe, memini; quemadmodum
 etiam perilluſtris liberi Baronis DE CRAMER, Af-
 feſſoris Camerae Imperialis ſplendidiffimi, merita in
 academiam noſtram praeclara, quum ordinem no-
 ſtrum, apud quem nunquam non beneficia ponit,
 viſis illis ſummis commendauerit, in renunciacioni-
 bus ſolemnibus perilluſtris domini DE REYSS
 et perilluſtris domini SCHROETERI, reli-
 gioſo cultu concelebraui. Pari modo Viros Con-
 ſultiſſimos IOANNEM IOSEPHVM FLACH et
 IOANNEM VALENTINVM GERSTER, editis
 ſpeciminibus doctiſſimis, honoribus academicis ador-
 nauimus; vti etiam, praeter illos quinque Wezla-
 nienſes, Vir [Conſultiſſimus GEORGIVS ERNE-
 STVS LVDOVICVS PREVSCHEN, ob elegantem
 ſuam eruditionem, dudum ſcriptis egregiis compre-
 batam, Licentiati tulit titulum, iura atque priui-
 legia. Dum itidem ad honores in iure vtroque
 adſpiras PRAENOBILISSIME CANDIDA
 TE,

TE, ac dissertationem inauguralem de litis
contestatione, in Augusto Camerae Imperialis
Iudicio, legibus S. I. R. G. tum antiquis, tum ho-
diernis conuenienter congruenterque adhibenda,
disquisitioni eruditorum subiicis; publice atque in-
genue fateor. omnem illam commentationem esse
tuam; heri enim mihi traditam disputationem, ho-
die tibi reddo reddereque debeo ob temporis an-
gustiam et rationes iustas, quae te reuocant ad pa-
trem tuum illustrem, Augustissimi Borussiae Re-
gis et Serenissimi Principis Landgrauii Hasso-Cassel-
lani consiliarium aulicum, et in Camera Imperiali
procuratorem atque aduocatam meritissimum, mor-
bo graui correptum. Quamuis placita tua non vbi-
que conspirent cum meis; meas tamen pro tuis ven-
dere doctrinas, nolui. Omnino autem ex animi
sententia gratulor tibi de virtutibus et eruditione
eximia tua, de quibus copiose possem agere, nisi
modestia tua manum quasi dicenti iniiceret, et in li-
mine statim suaderet finem. Gratulor tibi et paren-
ti tuo celeberrimo, et genti tuae inclitae, genti
per duo et quod excurrit secula muneribus di-
gnitatibusque exsplendescenti, praecipue etiam
in causis agendis in Camera Imperiali exercitati-
-



mae; nemo enim est, qui nesciat, ZIEGLEROS
semper fere in ordine procuratorum et aduocatorum
Camerae Imperialis, tenuisse principatum. In votis ha-
beo, vt per diuturnum temporis spatium te expe-
riatur orbis litterarius, vt ad exemplum gloriae ma-
iorum tuorum, et praecipue instar venerandi tui pa-
rentis, cuius salute nihil optatius, nihil antiquius
mihi est, floreas vigeasque. Faxit Deus, vt noui
honores, quamprimum hac in academia tibi decer-
nendi, insigni sint tibi emolumento. Ceterum, vt
me tibi semper habeas commendatum, rogo vnice.

Scripti Marburgi Cattorum, die viii. Decem-
bris C1010 CCLII.



P. 465.

Marburg, Diss., 1749/52

VD 18

nur Bd. 1, 4

TA-OL

ULB Halle 3
004 773 071



f







20. Pra. 13. num. 25.

1752, 4.

19

DE
LITIS CONTESTATIONE
IN

AVGVSTO CAMERAE
IMPERIALIS IVDICIO

LEGIBVS S. I. R. G. TVM ANTIQVIS
TVM HODIERNIS CONVENIENTER
CONGRVENTERQVE ADHIBENDA

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO ET CELSISSIMO PRINCIPE
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO

HASSIAE PRINCIPE HEREDITARIO RELIQ.
PRAESIDE

D. LVDOVICO MARTINO KAHLE

ACADEMIAE PRORECTORE
CONSILIARIO AVLICO ET IVRIS PROFESSORE ORDINARIO

PRO LICENTIA

VT SVMMOS IN IVRE VTROQVE HONORES

RITE ADIPISCI QVEAT

SOLEMNITER DISPVTABIT

DIE DECEMBRIS CIO ID CCLII

AVCTOR RESPONDENS

GEORGIVS LVDOVICVS ZIEGLER

WETZLARIENSIS

MARBV RGI

TYPIS PHILIPPI CASIMIRI MVLLERI

